

rali summa vel argumento psalmi accipiunt iidem. Lutherus: daß er nicht umkäme: (olim: davon/ daß er nicht verderbet würde.) Chaldaeus: **על עקבת** de tribulatione, quando agebat David. **לא תחבר** ne corrumpas! Aliqui habent pro initio cuiusdam cantilenæ veteris, ad cuius modulus compositus sit hic ipse psalmus, ut *Aben Esra, Coppenius, Genebrardus, Tirinus*. Alii opinantur, hæc verba fuisse Davidis ad Abisai, perdere volentis Saulem, quem h. m. revocavit David 1. *Sam.* XXVI, 9. Verum si ponderemus argumentum quatuor illorum psalmorum, quibus præmissa sunt hæc duo verba, nempe *hujus* LVII, LVIII LIX. & LXXV: apparet, eosdem conscriptos fuisse atque dirigi contra instantem perniciem planè periculosam five unius personæ, five totius communitatis. Quare tutissimè videtur hoc accipi de scopo psalmi, concisè sub initium mox expresso, ubi David fortasse collimat ad verba Mosis ad Deum: *Deut.* IX, 26. **אל תשחר** ne disperdas populum tuum, Confer *Genes.* XVIII, 28. **אנ תעזבני** an perdes propter illos quinque totam urbem? & *Jes.* LXV, 8. 9. quemadmodum invenitur in botro, & dicit quis **אל תשחיתו** ne perdas! nam benedictio est in illo, &c. Sic ferè *Kimchi* etiam & *Rasche*.

(מכתם) vide *Psal.* LVI, 1.

כמערה in speluncam:) unà cum turmis scilicet suis militaribus. Nam referente *Strabone l. 16 geogr. f. m. 250. (edit. Casaub.)* Arabiam & Ithuræam versus sunt montes asperi & altis speluncis insignes, quarum una quatuor millia hominum recipere possit in excursionibus, quæ undique in Damascenos fiunt, &c. Sic quoque *Josephus l. 15. Antiq. Jud.* de latronibus ait, eos nec urbem, nec agros habere, sed receptacula sub terrâ & specûs, ubi vitam cum pecore ducunt. Aditus specuum sunt angusti, ut singulos ingredi oporteat; interiora, supra quam quis facile credat, magna & latissimè patentia: solum, quò veluti tectò teguntur, non est altum, sed planum, & reliquo solo fere æquale. Totus locus aspera est & impervia rupes, &c. De fugâ hac Davidis ad speluncam legi potest 1. *Sam.* XXII, 1. & XXIV, 4.

EXPLICATIO VERSUS II.

מנני miserere mei:) vide *Psalm.* LVI, 2. Bis verò epizeuxin eandem repetit vocem flebilem, ad eò faciliùs commovendam quasi clementiam divinam, opemque ob periculi urgentis vehementiam accelerandam. Confer *Psal.* XLVII, 7. psallite, psallite; *Psalm.* XXII, 2. Deus mi, Deus mi.

חסיה in te confidit:) tanquam in asylò vel latibulò tutissimò. Sic namque radix hæc **חסיה** significat perfugere ad aliquem, vel in alicujus protectione acquiescere ac delitescere, quomodo de petrâ inaccessâ *Deut.* XXXII, 37. de clypeò, *Psal.* XVIII, 31. *Prov.* XXX, 5. de umbraculò arboris frondosæ contra æstum, *Jud.* IX, 15. *Jes.* XXX, 2. & mox etiam hòc ipsò in versu psalmi nostri de alis, pullos protegentibus: sic *Psalm.* XXXVI, 8. LXI, 5. XCI, 4. &c. De mutatò (ה) in Jod pag. 70. ann.

וכצל & sub umbra alarum tuarum:) petitur metaphora à pullis, temperato alarum,

A maternas calore optimè tum fotis, tum contra grandinem, imbres aut aves rapaces defensis, nec tamen, quod *Cassiodorus ad Psalm.* LXI, 5. addit, injectione illâ alarum oneratis. confer *Psalm.* XCI, 1. XVII, 8. XXXVI, 8. LXIII, 8. *Deut.* XXXII, II. *Jes.* XXXI, 5. *Matth.* XXIII, 37. *Luc.* XIII, 34. 4. *Esd.* I, 30. *Ruth.* II, 12. Vide etiam, si lubet, *Delrio* 1. 1. adag. 170. p. 181.

הוות (dum transeat) ærumnarum queq;:) hanc distributionem subinfert numeri inter nomen & verbum diversitas, cujus exempla *Psal.* VII, 2. 3. XXXVII, 31. *Cobel.* X, 1. De voce **הויה** vide *Psalm.* V, 10. XXXVIII, 13. LII, 4. LV, 12. adeoque extraordinarium velut præsidium jam petit, usque dum grandis ille persecutionum nimbus aut grando deferbuerit, serenumque redierit cælum. *Lutherus*: das Unglück in marg. *Schade* Leid / das sie mir thun. prius: die Schälckheit, *Campensis*: scelerum colluvies.

EXPLICATIO VERSUS III.

אקרא clamo ad Deum:) i. e. indefessis ardentibusque insto suspiriis ac precibus, imò plenis etiam ob periculi vehementiam clamo faucibus, &c. Confer *Psalm.* L, 15.

עליון excelsum:) adjectivum hoc singulare construitur cum Elohim plurali, ob indicandum videlicet tum singularitatis essentia, tum pluralitatis personarum mysterium. Simul verò, observante *Aben Esra*, hac *Excelsi* compellatione David tacitè suam respicit depressionem, è quâ nequeat extolli, nisi scilicet advenerit is, qui supra cunctas creaturarum vires ac consilia eminet altissimè.

גמר circummunientem me:) *Coccejus*: qui totus est circa me. Verbum hoc **גמר** tantum in librò psalmorum, & quidem quinquies, usurpatur; ter neutraliter pro, *absumentus fuit, cessavit, desit*, ut *Psalm.* VII, 10. XII, 2. LXXVII, 9. bis verò activè, constructum cum præpositione **על** & **בערי** pro consummavit, circa aliquem (præsidium,) conclusit, ut *Psalm.* CXXXVIII, 8. **יהוה וגמר בערי** Dominus circummuniet me; & h. l. Nonnulli cum LXX. significatum verbi **גמר** (ceu ejusdem fermè soni) *rependit, retribuit, amplectuntur*: ut *Pagninus* in lex. & versione. Aliqui, ut *Kimchi* l. rad *Mercerus* ad lex. Pag. *Piscator* in schol. h. l. *Junius* & *Muis* vertunt: *perficientem, vel qui consummat*; & suppleunt accusativum; *benignitatem suam, vel, qua promisit mihi*. *Campensis*: *qui perficiet, que capit in me*. *Chr. Matthiæ coll.* 2. photin. p. 69. vertit: *perficientem me, i. e. me semper defendentem, hostesque meos confundentem*. *Lutherus*: *der meines Zammers ein Ende machet*. prius: *der mir wieder aufhalt*: fortè juxta *Vulgatum*: *qui benefecit mihi*. Verum simplicissimum est, accipere in significatu *Concludendi*: quod ipsum placuit *Chaldaeo*; cujus paraphrasis est: *Deus præcepit aranea, ריגמר* ut concluderet vel persiceret **כאספלירה** pro speluncâ **עולה אספולתי** telam circa me. In quâ paraphrasi *Buxtorfius* alia adhuc adjicit in parenthesi verba: *nam liberaisti animam meam à morte, quam afferunt mihi peccata; nonne pedem meum ab offendiculo peccati, ut ambulem coram Domino in paradyso, ad videndum lumen iustorum*. Verum sine dubiò incuriâ typographi huc sunt rejecta,

953
rejecit, cum t
Alis simile ex
tum liberatò,
EXPL
הויה em
hic namque ac
carò subintelligi
et miji Usa
ex. 15. sic Psalm
apprehen
Glaf. l. 3.
Piscator suppl
XLI, 14. &
ancium) & vo
feri poterit ad
pehabet inclusi
redormiam (S
pessile videtur
omniariorum.
piteris durisc
tum relativum
me vel ex sequen
pessile videtur
omniariorum.
cum, i. date Don
membrò sequen
עשו de ca
modò me
relativum aliq
tum vel ut omne
mum, sed soliu
quando
me n
peruellem, sa
dignum &c. V
LXXVII, 13. Lu
sic conitatus ef
tum durum esse
is nerus causâ
nâ parum com
Felix, & C
quæ: "quana
tum ad Deum
Verum
quod vitiosit
nunquam
cum proximum
notus Cocceju
flectum enunc
koretat persecu
persecut
gratiam
psalmum planè
congruam a
pouitur pro grati
tum, 10. inferior
tum, quam fecisti
nonnunqua
ladyn, quorum
opus.
EXPLIC
anima
mea summi
aut aliter ac in
cibus undique
tum anima pon